



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Caput Primum. De Hermanno milite in Glibach, quem à paralysi B.  
Engelbertus sanavit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**



## LIBRI TERTII.

### Caput Primum.

*De Hermanno milite in Glibach, quem à paralyse B. Engelbertus sanauit.*

**M**ILES quidam Hermannus nomine, in pago Glibach duobus & eo amplius annis adeò fuit vexatus paralyfi, vt non nisi supinus in lecto dormire, neque aliter quàm aliena opera vestire se posset. Ali quando ergo admonitus à fratre suo, vt sancti martyris Engelberti meritis salutem donari sibi peteret, ille respondit: Evidem deportandum me curauí Nouesium ad sanctum Quirinum, Ruræmundam ad Domini nam nostram, & ad multorum aliorum sanctorum limina, nec exaudi- Paralytic votū facit, tus sum, fortassis indignus exaudiri. Vrgente fratre, vt votum nuncupa- & sanatur. ret martyri, petijt se in aream efferri. Ibi iacens in terra, plena fide cum

**C**lachrymis votum suscepit, si meritis martyris sanaretur, nudis pedibus, Mos sim sine lineis vestibus sepulchrum eius se aditulum. Postridie eodem lo plicium fa co similiter orauit. Putant enim simplices laici efficacius esse votum, si ciendi vo fia sub dio, quàm sub tecto. Tertio die cupiens idem facere votum, tum sub cùm abessent ministri, anxiè circumspiciens, vidit scipionem apud le dio.

Etum, & quod nunquam antea fecerat, induit se vestibus suis, scipioni que incumbens, venit ad aream, & iam tertio humi prostratus, repetit votum. Inde surgens, sentit remissius in corpore: scipione in manu ca

**D**dentem, à terra eleuat: redit latus in ædes, atque inde ad templum properat. Vxor & liberi videntes eum, nullo sustentante, ambulantem, replentur stupore & ecstasi, præ gaudio lachrymantur: accurrunt, vt eundem fulciant, ille respuit, dicens, à Domino suo Episcopo Engelberto se curatum. Venit ad Ecclesiam: coram altari prostratus, gratias agit Deo & sancto martyri Engelberto. Post preces, ob declarandum miraculum, circumit templum, atque inde domum redit. Vicini gratula bundi accurrunt & martyrem prædicant. Ille quinto die Coloniam venit, nudis pedibus adit martyris sepulchrum, agit gratias, custodi Ecclesiæ omnia ordine exponit.

Bb

Nota-